



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

consilii supra allegatis, concludendo, q[uod] filia possit ad supplementum legitimæ agere, q[uam] Alex. consultiuit eo casu, quo filii masculi non extarent, sed alii cōiuncti, puta fratres defuncti, uel eorum filij, tunc n[on] cen[sen]tur filia femina exclusæ à iure petendi, & agendi ad supplementum rationibus, & iuribus per eum allegatis. Et licet ipse alleget adducta per Salic. Bal. & Ang. qui etiam uidentur uoluisse, q[uod] filia femina possint ultra dotem etiam ad supplementum legitimæ agere, extantibus filiis masculis, tamen si eius mens rectè consideretur, ipse non firmat, nec approbat notata per eos, nisi per uiam cuiusdam argumenti: nam si extantibus filiis masculis filia femina potest agere ad supplementum legitimæ, ut illi præsupponunt, a fortiori poterit hoc facere, n[on] extantibus filiis masculis, & ad hoc propositum illorū dicta allegat, sed propter hoc illa n[on] approbat, quia ipse consultiuit, q[uam] non extarent filii masculi, quo casu ego quoq[ue] cū Alex. in dictis suis consiliis teneo, & cōcludo. Vel secundo responderi potest, q[uod] posito filiam in casu questionis nostræ etiam extantibus filiis masculis possit ultra dotem agere ad supplementum legitimæ, ut per Ang. in suo consil. 311. tamen hoc esset uerum, quādo essemus in puris terminis statuti, secus uerò, si ultra statutum filia expresse cum iuramento propter certā dotem renunciasset hereditati paternæ, & maternæ, & per pactum de non petendo promississet aliquid n[on] petere nec exigere de bonis paternis, nam tunc non posset ultra dotē aliquid petere, nec agere ad supplementum legitimæ, per ea, quæ supra adducta fuerunt, tam per dominos alios consultores, quā per me, & est optimum consilium Federici, quod incipit, quaritur an do. Margherita &c. hæc enim duo uincula, uidelicet statutum, & renunciatio, seu pactum de non petendo cum iuramento omnino ipsam uolentem agere ultra dotem ad supplementum excludunt, per ea, quæ ad propositum adducit Alex. post Ang. & Bal. in d. l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1. in ultimis uerbis. Et faciunt not. per Bar. in l. 1. §. pen. in uerbi. quarto giritur. ff. de bon. pos. contra tabu. Preterea si benè inspiciantur uerba Salic. in d. auth. res. quæ, ipse expresse n[on] loquitur, quando filia femina excluderetur à statu propter filios masculos, sed propter masculos simpliciter. Quare propter prædicta intelligo uerba sua, quando filia excluderetur propter alias personas, puta propter transuersales masculos, prout consultiuit Alex. in locis præall. qui not. per Salic. in d. authen. res. quæ. allegat. Potest etiam dictis per Ang. in d. suo consil. incip. do. Gregorius &c. aliter responderi, & loquitur enim, quando statuto cautum esset, q[uod] stantibus filiis masculis filia femina non succedat, nisi ad competentem dotem, & ita refert, & ponit Alex. in consil. 83. in 4. vol. & sic loquitur, quando filia ex statuto debeatur dos iure uniuersalis successione, quo iure debetur legitima, ut per Pau. de Cast. in d. l. huiusmodi. §. si titio. & Doct. in d. authen. nouissima. & in d. §. aliud quoque capitulum. Et ideo ultra dotem tunc potest agere ad supplementum legitimæ, si dos erat minor legitimæ, quia dos sibi pro legitima titulo uniuersali debebatur, secus si dos deberetur iure singulari, ut quādo statutum excluderet filias feminas à successione simpliciter propter filios masculos, & ultra mādaret illas debere dotari, q[uam] tunc dos dicitur deberi iure singulari, ut per Pau. de Castr. in d. §. si titio, & hoc in casu ultra dotem n[on] potest agere ad supplementum legitimæ, quia cum dos debeatur iure singulari, & legitima iure uniuersali, una, & eadem res n[on] potest diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. cum si. ff. de ius. c. quia. extra de priuileg. cognouimus. 12. q. 2. ¶ Anima querendum est etiam ad unum in contin-

gentia facti, dum dicta do. Antonia agit ad supplementum librarum quatuor millium, asserendo, & ponendo, patrimonium sui patris fuisse temporis librarum uigintiquingue millium, quod n[on] penitus est falsum, ac positum, sed non constat fuerit tantæ summæ, ac etiam q[uod] ipsi do. Antonia sit uenire contra proprium iuramentum, nunciacionem factam, & consequenter q[uod] ipsa sit permixtum agere ad supplementum legitimæ, tamen falsum est ipsam posse petere ultra dotem quātitatem librarum quatuor millium, quoniam iure extantibus quatuor filiis, uel paucioribus, ma dicitur esse triens totius hereditatis, hoc est pars bonorū deducto are alieno, ut in d. authen. ma. & in corpore vñ sumitur. l. Papinianus. §. co. ti. ergo legitima uigintiquingue millium librarum est octo millium trecentorum triginta, uel circa, quæ est diuidenda inter omnes filios, & iure ad legitimam admittitur, ut habetur in d. nouissima: & ideo cum pater do. Antonia decem relictis quatuor filiis, uidelicet Andrea, Jacobo, Helena, & do. Antonia, sequitur, quod unicuique plus pro tota legitima sua deberi possunt bis octuaginta tres libræ, uel circa, & non quatuordecim, prout dicta domina Antonia petit. Et sic de dictis omnibus constat, ipsam ex omni capitulis excludendam esse. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Donatio cum iuramento facta non potest propter supplementum filiorum à patre ipso donante, qui iurauit, reuocari à filiis possit.
- 2 Contrafactus à prelati cum iuramento contra utilitatem reuocari potest, non obstante iuramento, nomine ecclesie firmari, sed non uoluntate ipsius prelati.
- 3 Actus ubique in fauorem iurantis reuocatur, ita in iuramento, ut iurans non possit contrahere, seu odium iurantis reuocatur.
- 4 L. si inquam. C. de reuocac. dona. locum non habet in reuocac. sed solum in donatione.
- 5 Donatio facta à parente cum cogitatione filiorum futuro modo propter superuenientiam filiorum reuocatur.
- 6 Renunciatio facta à filia patri, uel fratri de bonis paternis non dicitur proprie donatio, nec infirmationem rit, maxime, si facta sit propter dotem datam, & cum iuramento. num. 11.
- 7 Actiones quoque personales continentur in renunciacione de omnibus iuribus, & actionibus, quæ, & quas quis habetate alius haberet.
- 8 Hereditas largè loquendo etiam post aditam hereditatem proprie autem, & strictè ante aditionem.
- 9 Filia, cui dos congrua data non fuit, qua actione ad supplementum dotis congrue agat.
- 10 Conditiones, & actio in factum dicuntur esse actiones proprie.

E P I T O M E.

RENUNCIATIO facta à filia de bonis paternis aut maternis cum iuramento ob dotem, & data, uel promissa tanquam continens donationem ob superuenientiam filiorum non potest ab ipsa, quæ cum iuramento renunciauit, reuocari absque insinuatione ualere.

Renunciatio facta à filia de omnibus iuribus actionibus, quæ, & quas habebat in hereditate patris & matris, cum pacto iurato de non petendo propter aliquid aliud ultra dotem datam ab illo, cui renunciauit, aut in eius bonis, & cum iuramento de non petendo, continet etiam actiones personales illas, quæ ad supplementum tam in bonis, quam pecunia petendum darentur.

CONSILIVM LII.

Necausa illorum de sancto Ioseph, in qua aliis cōsiliū, audio aliqua moueri dubia contra dictos de sancto Ioseph, quā quidem licet primo aspectu, & præcipue primū multu aduersari uideantur, rectè tamen intuenti minimè aduersantur. Et in primis nō obstat, q̄ ex quo talis renunciatio facta per do. Antoniam cōtinet donationem, ea potest reuocari propter superuenientiam filiorum, item ex quo ascendit ad summam, quæ aliàs de iure insinuationem requirit, talis renunciatio non ualet, quia nō fuit facta cum insinuatione, per iura, & doctrinas in quibusdam allegationibus ex aduerso factis allegatas: quoniam multipliciter potest responderi, & primo, q̄ si essent ipsi filii, qui agerent, & reuocarent donationem, seu renunciacionem factam, argumentum forte procederet, ipsi enim filii superuenientes possunt reuocare donationem factam à patribus suis, & si iuramento esset firmata, quia iuramentum non confirmat contractum, qui ratione alterius infirmatur, ut uoluit Bart. in l. titia. §. imperator. ff. de leg. 2. & sequuntur doc. cōmuniter in l. i. c. de inoffi. dona. Sed in casu nostro do. Antonia est illa, quæ uult reuocare renunciacionem, seu donationem suam iuramento fixatam, propter superuenientiam filiorum, ergo nō pōt uenire contra iuramentum suum, quo iurauit nō contrahere occasione enormis, seu enormissime lesionis aliqua ratione, uel causa, & latius, ut in instrumento. Ita est de mēte Bart. in d. l. titia. & aliorum in d. l. i. qui concludūt, talem donationem iuramento nō firmari in præiudiciū alterius personæ, hoc est filiorum, ergo innuit illam firmare in præiudiciū iurantis, ex quo iuramentum non est iniquitatis uinculum, & potest absq̄ interitu salutis æternæ seruari, ut latius in consilio præcedenti deducit fuit, & ex quo Bart. & alii concedunt filiis superuenientibus ius reuocandi, non obstante iuramento parentis donantis, quia illud ipsos non ligat, arg. c. ueritatis. cum ibi not. de iure iuran. manifestè innuunt, q̄ parentes ipsi, qui donarunt, & iurauerunt, reuocare non possent, quia suo iuramento ligātur, per rex. in c. licet. de iureiurā. in 6. & in c. quamuis. de pact. eo. lib. quæ iura benè probant, nā in c. quamuis. iuncta gl. i. habetur, q̄ pactum factum à filio patri de nō habendo regressum ad bona paterna, & se dote data contentādo, si iuramento sit firmatum, est seruandum, quamuis detrimētum filiorum, & aliorum suorum succedentiū ab intestato possit continere, atque contineat. Idem probatur in d. c. licet mulieres. ubi mulier, quæ alienationi rei dotalis consensit, & iurauit nō contrahere & c. teneatur iuramentum seruare, & tamen illud iuramentum præiudiciū filiorum, & succedentiū ab intestato, ac etiam Reipub. continebat, seu continere poterat. ¶ Cōfirmantur prædicta esse uerissima, nam quando celebratus fuit contractus à prelato cum iuramento contra utilitatem ecclesie, contractus potest nomine ecclesie infirmari, non obstante iuramento, quia iuramentum prelati, & legitimi administratoris non firmat contractum in præiudiciū ecclesie, nec tale iuramentum nocet ecclesie, quin ipsa possit contrahere, ad tradita p. Alex. & Bal. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 42. col. ff. de uerb. oblig. cum similibus ibi al. legatis. & per Abb. in c. 2. in fi. uerb. de iureiur. & in c. si quis presbyterorum. de rebus eccl. non aliena. Et tamē prelati ipse non potest pro se contrahere ratione periurii, quia iuramentum est quid personale, & nocet iuranti, ut ibi per Alex. & est rex. cū glo. ibique Abb. & alii in c. si ne prela. uices suas, & ita intelligat gl. in c. 1. de resti. in integ. Suadetur et prædicta ex nota per Bal. in l. generaliter. in ult. col. c. de reb. cred. q. di-

xit, quod si aliqui homines, ut syndici pro ciuitate, & vniuersitate contraxerint, vniuersitas, seu ciuitas quo ad reatum periurij nō ligatur, sed solum homines, qui iurauerunt. Præterea ex quo talis renunciatio, seu donatio reuocaretur per donantem propter superuenientiam liberorum in fauorem, & nō in odium ipsius, d. l. si totas. C. de inoffi. dona. ideò talis donatio iuramento ita confirmabitur, q̄ non poterit per ipsum donantem reuocari, quia t̄ vbicunq; actus reuocatur, sequi uitiatur in fauorem iurantis, tūc ita iuramento firmatur, ut per reatum periurij iurās non possit contrahere, secus si in eius odium reuocaretur, & infirmaretur, quia non obstante iuramento suo posset contrahere: ita declarat Aret. in auth. sacra. pub. C. si aduersus vendit. & ibi Moder. & Paul. de Cast. in suis consi. ut refert, ac sequitur do. Lud. de Bolog. in consi. 45. ¶ Secundo respondeo, q̄ dispositio l. si vnquā. C. de reuo. do. nō habet locum in renunciacione facta, sed solum in donatione, ut nō uoluit Alex. in consi. 29. in 3. uol. ut ibi latè p. eum. Præterea t̄ quādo parens donat et extraneo, cogitando de filiis futuris, tū propter superuenientes filios donatio in totum non reuocatur, sed quatenus fuit facta immoderate, hoc est vsq; ad debitum subsidium bonorum, seu quoad legitimam filijs debitam, ut declarat Bart. in l. i. c. de inoffi. don. & clarius in d. l. titia. §. imperator. ff. de leg. 2. sed in casu nostro dicta do. Antonia tempore, quo renunciavit, seu donauit, cogitauit, uel saltem uerisimiliter cogitare debuit de suis filiis futuris, quia renunciavit eo tempore, quo cōtraxit matrimoniū, & tempore nuptus. arg. l. i. cum ibi not. ff. solu. matr. & in c. i. ad fi. de frigid. & malef. & facit id, quod nō. Bart. ad propositum in d. §. imperator dicēs, q̄ in dubio præsumitur de liberis, & filiis futuris cogitasse, ergo talis renunciatio, & donatio per superuenientiam filiorum reuocari ab ea non poterit, nisi vsque ad debitum bonorum subsidium, & legitimā filiorum ipsis in bonis dictæ do. Antonie debitam. Et ad propositū et optime facit id, quod uoluit idē Bart. in d. §. imperator. concludēs, q̄ quando pater, uel mater cogitauit de filiis (q̄ in dubio præsumitur) & donauit bona sua etiam extraneo, si aliquid reseruauit filiis, tūc filij in totum nō possunt donationem reuocare, sed tantū vsq; ad bonorū subsidium debitum filiis, & nō ultra: ergo à fortiori idē dicēdū esset, quando donādo cogitauit de filiis, & aliquid ex bonis suis reseruasset, prout factū fuit in casu nostro, & ipse donans uellet donationem propter superuenientiam filiorum reuocare, quia nō poterit nisi vsque ad legitimam ipsius filijs debitam, nā hi duo casus parificatur, uel q̄ filij superuenientes, de quibus fuit cogitatum, & eis aliquid reseruātū, uel quod ipse pater donās uellet propter superuenientiam filiorum reuocare, primo. n. casu nō pōt, nisi vsq; ad legitimam, ut supra, ergo nec secundo casu, & præsertim hoc dicēdū est, quādo pater ipse uellet reuocare, quoniam si hoc habet locum, quādo filij uellent reuocare, idem igitur, quando pater uellet prætextu filiorum reuocare, quia hoc ius reuocandi datur patri nō ratione sui, sed propter filios, & eorum respectu. d. l. si totas. & ibi Bar. & Salic. in l. i. c. de reuo. dona. diligenter itaq; consideranda sunt vires bonorum, & patrimonij dictæ do. Antonie, etiam computato omni eo, quod in bonis sui patris ratione suæ legitimæ habere debuisset, & videndum est, an id totum, quod sibi reseruauit, renunciādo, & donando fratri ascendat vsque ad legitimam debendam filiis ipsius do. Antonie, nā omnibus benè computatis reperietur, q̄ id, quod sibi reseruauit, totam legitimā filiis suis debitā, uel paulominus capiet. Et hæc pcedūt, præsuponēdo totū id, qd pars aduersa præsupponit, uidelicet, q̄ nō obstat iurō do. Antonie possit contra

contra

contrauenire: & q̄ talis renunciatio dicatur, ac possit reuocari propter superuenientiam filiorum: cuius cōtrarium tamen est uerius, ut supra dictum fuit, & ut aliās in cōsilio dixi, f̄ talis renunciatio in casu nostro non dicitur propriè donatio, nec de ea, ut de donatione indicatur, nec requirit insinuationem, prout donatio uera requirit, ut uoluit Bal. in l. illud. in 3. col. vers. quid ergo dicemus. C. de sacros. eccle. & refert, ac sequitur Alex. in d. cōf. 29. in 3. vol. in 3. col. vers. nec insinuatō &c. cum si. adductis aliās super hoc puncto per tex. in d. c. quamuis. de pact. in 6. Nec predictis aduersantur ea, quæ consuluio do. Barth. Sozi. in consi. 295. quia procedunt in eo, qui remisit, seu renunciavit debito liquido, & p̄r in eo, qui remisit ius iā acquisitum, nos uerò in eo, qui obuiat iuri quærendo, hoc est in filia, quæ iuri quærendo in bonis paternis renunciat, inter quæ maxima est differentia, ut in terminis nostris declarat Bal. in d. l. illud. per tex. in d. c. quamuis.

¶ Secundo principaliter non obstat, q̄ duntaxat uideantur remissa actiones reales, & nō personales, pōderando uerba contractus, & instrumenti, ut latius in quibusdam allegationibus mihi exhibitis cōtinetur, q̄n̄ tripliciter responderi potest, & primo, f̄ ex quo do. Antonia renunciavit omnibus iuribus, & actionibus, quæ, & quas habebat etiam in hereditate, seu in hereditatibus patris, & matris, uidentur esse remissa actiones personales, quia in hereditate insunt nedū actiones reales, sed & personales actiue, & passiue. l. 1. & 2. & p̄ totū. C. de her. actio. l. 1. §. si heres. ff. ad treb.

8 & f̄ hereditas etiam dici potest largè loquendo post aditam hereditatem. Bar. in l. 3. in princ. ff. de bono. poss. & in l. 2. ff. de fideic. her. per. Propriè uerò, & strictè dicitur, quādo fuit adita, ut per Bar. in locis preall. in l. titius. in princ. ff. ad treb. & in l. si quis seruum. §. si ff. de leg. 2. per Alex. & glo. in l. eius, qui. ff. si cer. peta. & faciunt ea, quæ uoluit Bal. in l. si. §. in autem. C. de bon. quæ libe. & per gl. & Doct. in l. 1. §. ueteres. ff. de acq. poss. & in l. per hereditatem. ff. de acq. rer. domi. & in l. heres per seruum. ff. de acq. hered. cum si. vnde posito, q̄ quoad dictum magistrū Andream propter eius aditionem hereditatis, & apprehensionem possessionis bonorum hereditatis tempore, quo renunciatio facta fuit, non potuerit dici hereditas, sed bona, tamen respectu dictæ do. Antonia poterat dici hereditas propriè, ex quo tempore facta renunciatio nis hereditatem non adiuerat, & ideo renunciando omnibus iuribus, & actionibus, quæ, & quas habebat in hereditate patris, & matris, dicitur renunciassē ē actionibus psonalibus, quas ipsa habebat p̄ heredes, & aduersus hereditatem sui patris, in qua actiones psonales actiue, & passiue reperiebantur. Secundo respondēdo, q̄ ex quo renunciavit iuribus, & actionibus, quæ, & quas habebat in bonis, & hereditate cum iuramento, uidetur etiam remissa actio personalis, quæ dabatur ad supplementum dotis debita ex dispositio ne statuti secundum arbitrium consanguineorum, & aliorum. per textum in d. c. quamuis. præsuppono enim, quod etiam de iure communi dos est danda, & cōstituenda arbitrio boni uiri, attentis facultatibus, dignitate, & numero liberorum, secundum quod habetur in l. cū poss. §. gener. ff. de iu. do. & l. si filia. ff. de lega. 3. item quod f̄ de iure communi filia, cui non fuit data dos congrua, potest agere ad supplementum dotis arbitrio boni uiri actione personali in factum, uolunt Moder. in l. si quis arbitrari. ff. de uerb. oblig. & faciunt not. per Bal. & alios in l. 3. C. de iu. dot. & in l. si. C. de dot. promiss. Quibus præsuppositis, modo in d. c. quamuis habetur, q̄ filia promissit propter dotem sibi datam nullum habere regressum ad bona paterna cum iuramento, & sic cum iuramento renunciavit

iuribus sibi p̄petentibus in bonis paternis, & in totum excluditur à iure petendi aliquid ab ipse patre datam, & rōne iuramenti sibi licitum aliquo modo contrauenire, nec aliquid supplementum petere, & tñ propter talem promissionem, nunciacionem videntur remisse ē actiones reales, quibus ad supplementum agi poterat, non te eo, qd̄ solum iura competentia ad bona, sūnis remissa essent. Tercio rōdeo, q̄ hæc secūratio cessat expresse ex uerbis p̄tractus, & m̄tūti, in quo inter alia d̄r, q̄ dicta Do. Antonia ab oī eo, & toto, quod petere posset à dicto aut in eius bonis, &c. quæ uerba in quantum n̄tur ad dictum Andream, uerificantur in actione psonali, & comprehendunt actionem psonalem ipsi contra personam dicti Andree dabatur actione psonalis est, quæ datur contra personam obli. actionum genera. ff. de actio. & oblig. §. omni. rem. insi. de act. item & melius hoc ostendunt contractus, & instrumenti circa finem, dum ipse Antonia cum iuramento renunciavit actioni metus cā, p̄ditioni, indebiti, & sine cā, aut p̄ ex iniusta cā, & actioni i factū, & generaliter cūcūq; auxilio iuris, &c. f̄q̄ remedia digātur effi. nes personales, & maxime actio in factum, quæ ad agendum ad supplementum dotis incongruolunt Moderni in d. l. si q̄s arbitrari. & in d. l. dotis promissio. conditiones. n. sunt actiones reales. d. §. omnium autē. & §. sic itaque. Insistit in factum est actio personalis, sicut conditioni, uel conditio ex lege, ut colligitur ex uerbis in l. unica. ff. de cond. ex lege. ¶ Non obstat tamen fundamentum p̄ heredes, & filios dicti magistri in factum, q̄n̄ licet dos, seu eius supplementum p̄stitui, uel non solum de, & in bonis dicti Andree, seu ē in pecunia undecunque proueniat, men non est in potestate filiar, & dicta D. Antonia supplementum dotis solum in pecunia petat, quo posset ad supplementum agere, cū supra fuit probatum, in hoc casu nec ad supplementum agi queat, sed alternatiue, prout alternatiue d̄r aut de bonis, aut de pecunia, ut cautum est in statuto huius ciuitatis, alioquin plus diceretur. §. plus. Insist. de actio. & c. unico. de plus petat. in electione esset hereditas dicti magistri Andree dotem, uel eius supplementum potius in bonis pecunia, uel ecōtra, quia in alternatiuis electione debentis. c. in alternatiuis. de reg. iu. in 6. & l. que. in fi. ff. de iu. dot. Vnde cum ipsa D. Antonia miserit, & fecerit pactum de non petendo per aliquid aliud ultra dotē datam ab ipso magistrō Andree, aut in eius bonis, uoluit comprehendere alium, ultra casum, quando uellet supplementum in bonis petere, argumēto. l. scimus. C. de uerb. sign. rea renunciando omnibus iuribus, & actionibus actioni in factum, & omni, & cuiusque alii sibi competenti tam contra dictum magistrū Andream, q̄ in eius bonis clare apparet, q̄ etiam ius petendi supplementum in pecunia, quæ agitur actione in factum, uel conditione ex lege supra, & hæc fuit mens, & intentio dicte Do. Antonia si bene uerba instrumenti considerentur. ¶ Non stat ultimum fundamentum, quoniam ea quæ Antonia cum iuramento promissit non petere ultra in bonis, &c. dicitur expresse iurasse nō petere

plen
in d. c.
neral
petere
iuran
si dos
in
in se
ment
iuratu
quid u
ci, uel
re mu
do. A
exigen
tius d
confi
casum
dotis
proui
suppl
tit. Et
ment
Anto
nō fu
sam p
gister
tation
casus
nire, &
& ibi p
& cibā
sio, seu
& prop
in casu
tunc fa
talis re
sed ob
quirit
donati
aquilu
illa, qu
seq. Pr
fam, &
interue
lunt co
gat, qu
to. ff. de
de iuss.
in 2. m
tra illos
Et ex hi
deducti
cluden

Donatio h
mero 5
Error in no
nomen
Hereditat
net. pro
Argument
Promissio
nium bo
se moue
Iura, &
generalit
Et quid, si
specialit

plemētum aliquid per textum, ubi est casus de hoc. in d. c. quāvis. de pact. in 6. ibi enim indistincte, & generaliter hī, q̄ ultra dotem datā filia non possit aliquid petere, nec uenire aliqua de causa, & aliquo modo iuramentum: qui tex. procedit, locumq; habet, etiam si dos congrua nō fuisset data, ut uolunt cōiter Doct. in c. cum contingat. de iureiur. Preterea posito, quod in se uera sint ea, quae ponuntur in hoc ultimo fundamento, nō illa non habent locū in casu nostro, in quo iuratum fuit de non ueniendo, & de nō petendo aliquid ultra ratione, uel occasione alicuius dāni modici, uel enormis, uel enormissimi de iure cōi, uel de iure municipalī &c. quo casu nulla rōne, uel causa ipsi do. Antonie de iure pmissum est aliquid petere, uel exigere ab hereditibus dicti magistrī Andree, prout latius de his dixi in consilio aliis per me edito. Et bene considerentur uerba p̄dicta quia cōprehendunt etiā casum, quando do. Antonia uellet ad supplementum dotis agere remedio, & dispositione statuti circa hoc prouideretis, & p̄nr. q̄n do. Antonia uoluisset agere ad supplementū dotis in pecunia, prout statutū permittit. Et hoc facit ad ea, quae in responsione tertij fundamenti supra dicta fuerunt. ¶ Addo etiā unum, q̄ do. Antonia, cui fuerunt data octingenta nomine dotis, nō fuit ita enormiter lesa, prout ipsa se enormiter lesam pressupponit, nā ultra dicta octingenta dictus magister Andreas promissit, & se obligauit ei dare habitationē, & alimenta necessaria in casu uiduitatis, qui casus & nunc, & post, & de presenti poterat, & pōt euenire, & esse maxime importantia iuxta l. hereditatū. & ibi plenē not. ff. ad l. falc. & arg. l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. cū fi. Ex quibus infero, q̄ cū dicta renūciatio, seu renunciatio fuerit facta propter dotem datā, & propter obligationē habitationis, & alimentorum in casu uiduitatis, q̄ obligatio poterat esse maxima, si tunc facta fuisset uidua, ac etiam si nunc fieret, nō dī talis renūciatio esse donatio simpliciter, nec propriē, sed ob causam, uel recōpensationē quadā, quae non requirit insinuationem, nec de ea iudicatur, ut de mera donatione ad tradita per Bal. in d. l. illud. per Bar. in l. aquilius. ff. de dona. Et ad propositum nostrū faciunt illa, quae ponit Alex. in cons. 83. in 2. vol. in fi. 5. col. cū seq. Preterea ex quo in tali renūciatione facta ob causam, & in recōpensationem promissorum hinc inde interuenit iuramentum, ea nō debuit insinuari, ut uolunt communiter Doct. canonistae in d. c. cum cōtingat, quos refert, & sequitur Alex. in l. cum de indebito. ff. de probat. in §. sed haec. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in consi. 12. & 125. in 1. vol. & in consi. 157. in 2. vol. in final. uerb. ex quibus cessant illa, quae contra illos de sancto Ioseph, multū facere uidebantur. Et ex his, ac ex aliis etiam plenē in alio consilio meo deductis ad fauorem dictorum de sancto Ioseph concludendum esse arbitror. Laus Deo.

S V M M A E.

- Donatio hereditatis simpliciter an, & quomodo valeat. & numero 5. & 6.
 Error in nomine appellatio, quando inter nomen expressum, & nomen uerum est magna conformitas, non solet vitare.
 Hereditatis partem si quis pacto, uel contractu promittat, aut do. net, promissio, & donatio ualeat, secus si hereditatem. & nu. 6.
 Argumentum de toto ad partem quando procedat.
 Promissio, seu donatio bonorum omnium non simpliciter, sed omnium bonorum, uel partis bonorum mobilium, immobilium, & se mouentium ualeat, nec comprehendit iura, & actiones.
 Iura, & actiones quando bonorum appellatione simpliciter, & generaliter facta comprehendantur, & quando non.
 Et quid, si de bonis mobilibus, & immobilibus, & se mouentibus specialis mentio facta sit.

- 9 Et quid appellatione bonorū ubique, & qualitercūq; existētū.
 10 Promissio, sine donatio facta de dimidia omnium bonorum mobilium, & immobilium, de bonis tamen, ac rebus suis hereditatis post mortē &c. intelligitur facta de dimidia bonorū, quae erunt de hereditate post eius mortem, & nō de dimidia hereditatis.
 11 Promissio, & donatio omnium bonorum suorum post mortem ualeat, & de quibus bonis, & quomodo intelligatur.
 12 Donatio causa mortis inter liberos &c. cum duobus testibus ualeat.
 13 Donatio inter uiuos dicitur, licet in ea mortis mentio facta fuerit, quando actum est, ut non possit aliqua ratione, uel causa reuocari.
 14 Et quid illa uerba post mortem in donatione apposta importent, & quando illis non obstantibus donatio sit inter uiuos, & non causa mortis, & quando secus.
 15 Donationes plures ad illarum confirmationem mortem donatoris exposcunt, quae non dicuntur causa mortis, sed inter uiuos, & coram duobus, uel tribus testibus fieri possunt.
 16 Donatio cum iuramento facta ualeat sine insinuatione.
 17 In donatione ob causam, & in donatione causa mortis insinuationem requiritur.
 18 Donatio si a pluribus fiat pluribus, non dicitur una donatio, sed plures, & tot, quot sint personae tā donantes, quā donatariae.
 19 Donatio inter patrem, & filium, seu filiam in potestate non ualeat, sed uel iuramento, uel morte patris donantis confirmatur.
 20 Collatio in quibus rebus, & bonis locū habeat, & in quibus non.
 21 Verba futuri temporis ad praeteritum non trahuntur, & conditionem important.
 22 Verba, ut supra, quid operentur.

F P I T O M E.

PROMISSIO, sine donatio per stipulationē cum iuramento facta filiae a patre, & eidē a patruo de dimidia omnium bonorum mobilium, immobilium, ac se mouentium de bonis tamen, ac rebus eorū, hereditatis post illorū mortē ualeat, & quomodo intelligat: & eē donationē inter uiuos, nō autē cā mortis ostēdit.
 Et filia, cui ultra bona praedicta donata etiam a patre, & patruo simul fuerunt datae dotes, uolens cum aliis ex testamēto succedere tam patri, quā patruo, quid conferre teneatur.

CONSILIVM LIII.

IN praesenti causa si uellem singula, quae forent necessaria, examinare, amplum profecto consilium facerē, sed omisiss pluribus, solum super ueritate eorum, quae cōcernunt merita causae, conclusiue loquendo insista. Viso itaq; instrumento dotis, & promissionis factae p̄ Iacobum, & Baptistam do. Clarae, & ser Mapheo coniugibus, ac uiso toto processu causae corā excellentissimis arbitris facto, uisq; testamentis Iacobi, & Baptistae fratrum, & consiliis, ac allegationibus ambarū partium, arbitrorū ab ipsis arbitris arbitrandū, & laudandū fore, licuisse do. Clarae, & ser Mapheo coniugibus, uirtute promissionis eis factae in dicto instrumento, ac aliorū in testamentis p̄dictis dispositorū, petere dimidiā bonorū immobilium, & mobilium, ac se mouentium hereditatis Iacobi, & Baptistae, reseruatīs tñ, ac deductis prius omnibus legatis, & relictis, quae tēpore dicti instrumenti promissionis per dictos Iacobū, & Baptistā in eorum testamentis, seu ultimis uoluntatibus facta fuerant, nec nō ultra dictā medietatē bonorum p̄dictorū dimidiam hereditatis, uidelicet iurium, actionū, & aliorū bonorum dicti Iacobi, ac etiam tertiam partē hereditatis, uidelicet iurium, actionum, & aliorū bonorū ipsius Baptistae, exceptis tamen prius, & deductis, ac reseruatīs omnibus dictis legatis, & cū declaratione, & limitatione infra dicenda, nō obstantibus quibuscūq; pro parte dominarū Alexandrē, & Mariae q̄ promissiones factas in dicto instrumento p̄

n dictos